

Ναυσὶν ὅσον πέμπτης χεῦμα δα-
υζῶμενον,

Θαῦμα βίη, θαμῶσ' σε τὸ μελίον,
ἔδ' ἐμαλίσω.

Σὺν ταῖσιν ἀρήτοι ταῦτα μέμη-
λε φύσφ.

Alium alii. Ab omnibus, nisi mens mea me fallit, certus numerus positus pro incerto. Livius lib. trigesimo octavo veritatis, quam superiores, convenientius, *Fretum ipsum*, inquit, *Euripi non septies die, sicut fama fert, temporibus statim reciprocatur; sed temere in modum venti nunc buc nunc illuc, verso mari, velut monte præcipiti devolutus torrens, rapitur.* Videndus & Thucydides lib. vi. Causam hujus Fluxus & Reflexus quum nequisset adsequi Aristoteles, mærore contabuisse scribitur ab Iustino Philosopho & Martyre Admonitor. ad Gentes, & Gregorio Nazianzeno orat. i. in Iulianum Apostatam. Hinc certe Proverbium, ut *Euripo* dicatur *mutabilis*, quidquid instabile. *Æschines* καὶ Κτησιφῶνι, *Calliam* mutabiliorem esse notat *Euripo*, cui vicinus. Eleganter & Plato in *Phædone*: πάντα τὰ ὄντα ἀτεχνῶς ὡς περ ἐν *Εὐρείῳ* ἄνω καὶ κάτω σπένφεται, καὶ χρόνον ἔδ' ἐνα ἐδ' ἐνὶ μέσῃ. Aristoteles ethic. ix. c. vi. ἔμεταρρεῖ ὡς περ *Εὐρείῳ*.